

77. Invertimus proinde narrare Biazov argumentum : sic colligentes : Non ea quæ ejusdem , sed quæ diversissimarum sunt naturarum, sibi invicem opponuntur. Ergo Cælum & terra, quæ sibi invicem in scriptura opponuntur : non ejusdem sed diversissimarum erunt naturarum, ac proinde Cælum corporeum esse nequit.

78. Adde quod cælum disertè nominatur thronus DEI , in his ipsis locis , quibus isthac Cæli & Terra continentur oppositio: Iam si Cælum erit corporeum, consequens fuerit , ipsum thronum DEI esse corporeum.

79. Sed quid mirum si vel maximè Jesuita nostri tantopere delectetur Cælo corporeo , cum sine dubio didicerit ex prædecessoribus suis Scholasticis doctoribus, ac cum primis Bernhardino & Roseto , in cælo hoc corporeo beatos instituturos choræ & saltationes. Quemadmodum Iohannes Geiler Keiserbergius in quadam concione duodecim recenset requisita, quæ ad choræ commode ducendas pertineant: Quæcum in cælo isto corporeo vel maximè reperiantur, ideoque vero simile videri statuit , in cælo isto futuras choræ, saltationes & id genus alias gesticulationes. Tale ergo cælum expectet leuita , quo cum tota maleferiata sua societate vere est dignus ; Nobis cæli hujus corporei partem nullam exoptamus.

SACRA-